

www.e-rara.ch

Guidonis Ferrarii Opusculorum collectio

Ferrari, Guido

Lugani, 1777

Biblioteca Salita dei Frati, Lugano

Shelf Mark: BSF 4 Ia 3

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-12430>

Actio IV.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ACTIO IV.

PRÆFATIO ACADEMIÆ PRINCIPIS

Ludovicus Sforza, cognomento Martius, ut Mediolanensem
A. R. C. U. M. E. N. S. I. A.

ACTIO IV.
Vide Comines, Guicciardinum, Corium Sec. Constant. Oratione
Vide, et Narrationibus præmissis singulis italicis argumentis.

ARGUMENTO I.

...di Ferdinando I. Re di ...
...quali sono ...
...Castello di ...
...ordinando essere ...
...Italiani Principi, perché ...
...Stato al Nipote ...
...Padre suo disonore, perché ...
...dalla ...

antica scuola con intervenire que', che già da parecchi anni
vi furono scolari; e si porge con ciò l'invito per l'anno seguen-
te, in questo giorno, che dovrà in avvenire essere giorno quasi
di nuova civiltà degli antichi scolari intra di loro, e del co-
gnome "Maurus", nonchè di altri, nonchè di altri, nonchè di altri.

fallade presenta alla Dea Gioventù un fiore: lei si pie-
ga Gioventù accetto a lei sacro: l'altra Dea espressa in aria gio-
vanile bressa un spirante vigore ed altezza di spiriti, regala
la destra al ramo, e la sinistra regala un campanile sempre, sul-
lato di loro ferme, e di valore di loro.

ARGUMENTUM.

Actio est Historica, & Oratoria: Artes explicat, quibus
Ludovicus Sfortia, cognomento Maurus, Mediolanensem
Principatum Fratris filio eripuit, & deinde amisit.
Vide Comines, Guicciardinum, Corium &c. Constat Oratio-
nibus, & Narrationibus præmisso singulis italice argumento.

ACTIO IV.

PRAEFATIO ACADEMIAE

PRINCIPIS.

LUDOVICUS Sfortia, cognomento Maurus, ut Mediolanensem Principatum retineret, quem tutelæ nomine jamdiu administrabat pro Joanne Galeatio Fratrìs sui filio, Carolum octavum Galliae Regem sollicitavit, impulitque in Ferdinandum Aragonium Neapolitanorum Regem, cujus neptim Joannes Galeatius duxerat, auctusque filio fuerat. Id deinde Italiae, ipsiusque Mauri exitio venit. Hoc nobis hodie, Viri clari, ad exercitationem oratoriam propositum argumentum. Actio historiam evolvit politicis refertam artibus, & consiliis, eloquentiaeque locum dabit. Vos pro vestra humanitate, ut consueitis, attendite.

ARGOMENTO I.

Isabella di Aragona nipote di Ferdinando I. Re di Napoli tenuta dal Moro già da qualch' anno collo Sposo Duca nella Corte, o Castello di Pavia sotto la guardia di destrissimi cortigiani, vedendo essere riusciti senza effetto gli uffizj, e prieghi degli Italiani Principi, perchè Ludovico cedesse l'amministrazione dello Stato al Nipote già fuor di tutela, ultimamente sollecitò il Padre suo Alfonso, perchè la forza adoperasse a trarla dalla schiavitù in cui gemeva. Ciò porge ar-

gomento all' Accademico Titinio di far l' Orazione da Isabella mandata al Padre .

Nisi ætas, conditio, pudor, facti insolentia, Ludovici infidiae, viri præsens periculum prohiberent, antea Pater ex hac elapsam custodia, inermem, abjectam, ærumnis deformatam, vidisses tuis advolutam pedibus gnatum, pietatem, fidem patriam imploratum. Nam qui malorum erit finis? Etiamne me, & conjugem inretrini hostis ambitio, & crudelitas perditum ibit? Annorum, non mensium, spatio circumfessi tenemur; honorarii satellites in iisdem, in quibus nos, sedibus constituti occurrant; quid agimus, loquimur, cogitamus compertum habent, explorant, perquirunt; quique nostro deberent nutu tremere, eorum nos aspectu cogimur trepidare. Regium nobis nomen relinquatur, potestas adimitur: ii, quibus esset imperitandum, parent; is cui esset serviendum, imperat: nos cum parvulis liberis mulctati exilio miserabiliorem morte ipsa vitam Ticini vivimus; ille magnifice Mediolani regnat, ut Beatrici, benemerenti scilicet uxori, obsequia civium, regnique omnes honores deferri sentiam. Contemptui habeor Pater, neque hæc diutius est animus pati, tu etiam si inultus feras. Hæccine tua, Alphonse, promissa, cum natam in spem regni mitteres, & diceres opes, dignitatem, amplitudinem abunde fore? Heu me miseram! Ad quos confugiam, aut quos potissimum appellem, si omnia nobis præsidia eripiuntur? Judicia, jura, privata, publica, humana, divina quæque sceleri parent. Magistratus, ærarium, milites Ludovicus perfidiae mercedem, prædam parricidii fecit: vitam nos reliquam habemus adempta libertate, & propemodum anima. Quinquennis utinam filii miseros gemitus acciperes Pater! Utinam Galeacii mei ægritudinem, & squallorem adspiceres, meque, me, inquam, conjugis, filii, meomet luctu confectam, exanimatam. Nisi in tuis exercitiis paratum est auxilium, hæc eadem

Arx, cuius custodiæ nostra tradita sunt corpora, animas habebit. Cape animum, pietatemque pristinam, Pater: tyrannum inrestabilem bello pete: favent civium mentes Ludovico adversæ; expoliati fortunis optimates ulciscendæ injuriæ horam prætolantur. Generi, Nepotis, Filiæ te tuæ extrema vox, miseriaque implorant. Si Pater, si magni Ferdinandi filius, exorare. Plura dicere volentem prohibent dolor, & lacrymæ.

ARGOMENTO SECONDO.

Ferdinando ai prieghi di Alfonso arrendendosi apparecchiava grande esercito affin di condurre il Moro per timore a fare ciò, che ei dovea per giustizia; ma questi immaginò di scampare facilmente dalla tempesta, altra fierissima suscitandone contra l'Aragonese. Il perche volgendo l'animo a Carlo ottavo Re di Francia mandò a lui Carlo Barbiano di Belgiojoso, il quale studiò d'infiammare l'animo feroce, e cupido di gloria del giovane Rè con accomodata orazione, proposta così da Q. Sestio nostro Accademico.

Summum Ludovici Sfortiæ erga Te studium facit, ut ejus ego legatum gerens tuo Rex adspectu recreer. Amicitia illa tua nihil in omni vita potius habuit cùm suopte ingenio, tum ita ab Francisco Patre (1) doctus, ut omnia in Gallicorum Regum

(1) Franciscus I. Sfortia Mediolani Dux IV. summe Gallis studebat, & auxilia ad Ludovicum XI. miserat in ea conjuratione, seu bello, quod Publici Boni nomen habuit: ita censebat Sfortiarum Principatum firmum fore, si non hostes Gallici essent, apud quos jura hereditaria erant in Mediolanensem ditionem ob Valentinam postremi Ducis Vicecomitis sororem.

gum societate, ac foedere constituta esse duceret. Quæ animo agitans minus suæ, quam tuæ magnitudini noctes, ac dies cogitat. Sed quamdiu patiære Aragonios Regno omnis Italiæ florentissimo dominari, Gallico nomine, dignitate, jure contempto? Dico plerosque Italiæ Principes mirari vestrorum vos majorum hæreditatem abjecisse, neque audere Neapolim armis repetere. Quod si aliis, at profecto tibi pulcherrima oblata occasio est. Ignoræne Rex, quo Ferdinandi res sint loco? Quæ civium, populorum, Ducum, militum incensa in unum sint odia? Nam quis ferat aurum, atque argentum sibi per summam avaritiam e manibus eripi, extorqueri; onera, vectigalia quotidie nova imponi; patrimonia, avitas hæreditates regio ærario addici; atque hæc per summam superbiam, crudelitatemque agi; naturæ jurâ perfundari; gemitus, questusque arceri, intercludi; satellitibus vias, ficariis domos compleri: denique suspicionibus, judiciis, suppliciis minima causa unumquemque obnoxium esse? Quæ si gravia cuique sunt, intolerabilia Neapolitanis accidunt; quæ gens suo apte ingenio mobilis, superbosque dominos pati nescia, eorum semper imperia excussit, qui crudeliter regnarunt; contraque ad illos regnum transtulit, quibus & res, & populorum fortunæ curæ essent. Hinc consilia, conjurationesque, si qua data occasio opprimendæ tyrannidis; hinc omnium mentes inclinatæ ad externa auxilia, ad patrandum facinus. Hos tua hæc etas, erectumque ingenium alit, ac recreat. Quantum Galli virtute cæteris mortalibus præstant, tantum omnibus tu Regibus animo. Favet fortuna; ætas viget; arma, animi valent; contra Aragoniis ob mollitiam, & superbiam omnia consenuerunt. Quamquam si qua tibi argenti, annonæ, armorumque copia defuerit, in Ludovici Sfortiæ amicitia hæc abunde erunt. Erige mentem Rex. Apenninis etiam alpibus intercludetur Gallici claritudo nominis? Hos spiritus, hunc juventutis florem aulæ otio, an bellicæ gloriæ addicenda statues? Quod tui majores attritis regni

regni viribus , circumscriptisque finibus ausi sunt , hanc nactus imperii amplitudinem , hoc animo , hac fortitudine Carolus non audebit ? Fortuna , nisi me animus fallit , multa tibi , & magna jam tum pollicita est , cum regnum adolescenti detulit ; ætas tibi & gloria momento pari accedunt ; fortitudo plura etiam , quam cuique , portendit . Græcia , Ægyptus , Solimæ te manent . Aragonio pulso facilem illuc aditum tua tibi virtus aperit victori . Quæ Turcarum imperium intestinæ agant discordiæ , quæ ab Zizimo Bajazetis fratre expectari subsidia possint , qui Romæ obses habitus ab Alexandro in tuas manus conceder , tu melius videris , quam ego consulam . Incæpto tantummodo opus est , cætera res expediet . Ludovici Sfortiæ foedere multa , tua virtute omnia consecuturum te , si animum attuleris , scio .

ARGOMENTO TERZO .

Il Re Carlo infiammato dalla giovanile sua indole , e dalle sollecitazioni del Moro discese in Italia , e attraversatala tutta conquistò il Regno di Napoli con grande facilità , rimanendo a tale fatto sbigottiti tutti li Principi Italiani , ed il Moro medesimo , che sperando difficile il riuscimento dell' impresa lusingavasi di essere chiamato mezzano , ed arbitro della pace trà i due Re , e così assicurarsi dello Stato , che già per la morte del Nipote Duca da lui avvelenato , e per investitura ottenuta dall' Imperadore avea fatto suo . Dunque percosso dalla fortuna del Re si confederarono contro dei Francesi . Alla qual nuova Carlo lasciata parte dell' esercito a difendere la conquista fatta , coll' altra mosse per ritornare in Francia ; ma a Fornovo presso del fiume Taro opponendosi a lui l'esercito dei Veneziani , e dello Sforza , il Re chiamò a consilio i suoi Duci . Gian Giacopo Trivulzi antico Generale , che odiando l' usurpazione del Moro abbandonata la Patria condotto erasi al sol-

do dell' Aragonese, ed ultimamente passato era a quello di Carlo, allora è fama, che in questa guisa parlasse. L'orazione è tessuta dall' Accademico Q. Aquiliano.

Qui in dubiis belli casibus, extremoque periculo consultant, eos salutis, victoriæque spem ab animi magnitudine capere decet: namque animo cadere, & virtutem metu corrumpere nihil perniciosius, timore majora vero faciente pericula. De tua, Carole, exercitusque salute plerique, qui ante me verba fecere, viri cetera fortes, desperant; & censent aut regredendum, aut relictis impedimentis per Alpes evadendum, aut denique, quod indignum Majestate Regia, & nomine Gallico, quas placuerit hosti dare, conditiones a nobis accipiendas.

Longe alia mihi mens est, Carole; nam qui alpes tentandas censent, minus, quam decet, prospexere. Quæ signa, qui ordines, quis ductor existet, ubi omnia invia, & prærupta? Hostes, credo, in umbra, & in otio nos tendentes per saltus lenti spectabunt, nec insequentur? Quid nos trepidi illis incitatis! Nos itineribus fracti illis integris? Nos locorum ignari illis in suo solo, ac sedibus? Sed elabi liceat: carros, tormenta, commeatus, reliqua quo conferes, aut quibus relinques? Hostibus? Per Deum Immortalem quid ultra expetere hostis potest quam opinionem victoriæ spoliis, prædaque complere? Quid gravius potest accidere, si victi essemus! At in partum nobis regnum regrediemur. Ita ne vero? Et Aragoniorum debellatorem, quem recenti victoria clarum, ovantemque admirata est Italia, eadem hinc retro regredientem videbit? Hæc ibit per orbem terrarum fama Carolum Galliarum Regem fœderato Italicorum exercitu viso impalluisse, pedem retulisse recessu fugæ simillimo? Numquam hoc ego consilio Gallica signa secutus sum, neque conditiones ut subeamus, quæ placuerint hosti. Quid igitur censes inquier? Non multis vos

moror ; dimicandum , ferro iter aperiendum . Hostium non ignarus consulo ; studia , ingenium , consilia uniuscujusque comperita habeo , & nemo persuadebit Venetos facile in prælium descensuros . Genus hominum fortunæ , præliorumque casus metuens , & pleraque nominis opinione , & auctoritate metiens unius diei discrimini rerum summam trader scilicet ? Solertibus consiliis potius , quam armis ; prudentia , occasioneque usi magis , quam obviam eundo periculis crevere , seque , & Rempublicam gloria cumulaverunt . Sed de Sfortia multo magis dissimile nihil exspecto . Homo vaser , callidus , dominationis anxius , fœderatis æque , ac hostibus diffidens eos vult vincere , quos lateri adhaerentes , & finitimos sensit hætenus graves ? Te , Rex , metuat ille æque victorem , ac victum . Sed ita sit , nihil utroque remoretur a pugnando , quis mihi de victoria desperandum obtrudat ? A pueritia bello altus , educatusque in armis crevi ; neque gentis , meorumque ignarus verba facio . Quoad Franciscum Sfortiæ hujus Ludovici patri ætas , & vita suppetiit , bellica in Italia disciplina valuit ; illo occidente occidit . Non illo imperatore hos vidisses comptulos nitidis in armis milites : sub dio esse , algere , inopiam pati , laborem tolerare , præsidia perpetuo agitare , parere , subesse , hæc Italicæ militiæ , & superioris ætatis disciplina fuit . Compara nunc illum Tyronum exercitum cum Gallicis his legionibus veteranis ; illum ex adolescentibus equitatum cum hoc equitatu : eorum ego ordines laxos , fluctuantesque Regiis Ordinibus firmissimis restituros putem ? Unus metum facere hostium imperator potest ; sed Gonzagæ calliditati , atque artibus uti obviam tuto iri possit , meus me militaris usus admonet , tuaque , Rex , virtus . Quamobrem ita censeo classicum celeriter cani , signa explicari , progredi milites comparatos , sive ad iter , sive ad prælium vocet fortuna . Memet in prima versari acie , Rex , videris : esto quisque pristinae fortunæ , suæ virtutis memor .

ARGOMENTO QUARTO,

Fatto l'avviso del Trivulzio il Re morse, e fu attaccata la battaglia, in cui decadette della antica sua riputazione il valor Italiano. Il Re ricondusse i suoi in Francia, e non molto spazio di tempo oltrepassò, che d'improvvisa morte colto cedette il Regno al Duca di Orleans. Il nuovo Re era nemico personale del Moro, e tutti gli Sforza riguardati avea per usurpatori di uno Stato, che a lui apparteneva come quegli, il cui Padre era figlio di Valentina unica sorella di Filippo Maria ultimo Duca Visconte morto senza legittima prole. Per lo che volto il pensiero contro del Moro strinse lega coi Veneziani; i quali mentre minacciavano il paese oltr'Adda, egli prestamente mandò in Italia il Trivulzio. Come il Moro percosso fosse in così avversa, e crudele fortuna, e lo Stato di lui cadesse in mano dei nemici: propone con oratoria narrazione l'Accademico Placidio.

At Mediolani, ubi primus allatus est nuncius Ludovici (1) Regis exercitum transiens alpibus Insubriae finibus appropinquare, jam Venetos in armis excurrere; cum anceps utrimque periculum immineret, pavore, tumultu omnia compleri; Sfortia sentire fortunarum ruinam, consilii inops tremere, exanimari. Quos primum metuat, quos repellat, quorum auxilia imploret? Non foederatis, non amicis fidit; omnia subsidia aut erepta sunt, aut procul arcessenda: Cives ipsi, & populares terrores sunt, quos fortunis exuit, exilio multavit, vestigalibus, crudelitate, tyrannide oppressit. Tamen ut in extremis rebus consilia ineuntur; decernitur obviam eundum hostibus: qui pro-

(1) Ludovicus XII. Gall. R.

piores sunt, his primo resistendum. Perturbare omnia admini-
strantur. Immittuntur contra Venetos cum delectis ducibus co-
piæ; mox revocantur. Gallos irrupisse alii supra alios asserunt
nuncii; it rumor jam Dérthonam pacisci, jam Alexandriam firmis-
simum Insabrie propugnaculum a deditione non abesse; Ducum,
qui Gallis sunt oppositi, animos nutare, dubia fide agere. Metu,
desperatione cuncta miscentur; frustra omnia consilia recidunt.
Transaduanæ tractus pleraque amissa; in transpadanis oppida
quæque capta. Impune victor Gallus ad Ticinum excurrit: Pa-
pia, Novaria in dubio est. Quo se vertat Maurus? Inter om-
nia inimica, & infesta versatur; omnes omnium sermones, con-
silia, vultus metuit. Excidium ultimum, morsque supra caput
est: omnem prudentiam præsens periculum superat; in celeri
fuga spes reliqua. Mora nulla: advocantur parvuli liberi. Quæ
miserrimi Patris verba, amplexus? Quæ puerorum lacrymæ, &
gemitus! In fugæ, gravissimique itineris discrimen mitrebantur
pueri unum modo lustrum prætergressi, Patris fidei (1) com-
mendati, ignari, qui Patrem exitus expectaret. Hoc aspectu com-
moveri cives, cum viderent regios pueros in magnæ domina-
tionis spem altos tanta rerum conversione momento temporis ex-
summa in extremam fortunam deturbari; ire profugos, ac trepi-
dos, ubivis magis, quam in regno suo salutem quærere; Pa-
triam relinquere; Italia excedere; in Germaniam abjectos, & for-
didatos confugere. Una in illa re tyrannidis oblita civitas in-
gemuit, & visa est Ludovici Sfortiæ fortunam commiserari.

(1) Cardinalis Ascanius Sfortia, apud Ludovicum Sfortiam, qui
mors expectantem ab Ascanio Sfortia, qui in eam
possumus partes se dedere.

(1) Cardinalis Ascanius Sfortia, apud Ludovicum Sfortiam, qui

ARGOMENTO QUINTO

Il Moro spediti i piccioli figlj in Germania a Massimiliano Imperadore, al quale data avea in isposa Bianca sorella del Nipote Duca Gian Galeazzo; determina pur esso di seguirli; perchè chiamato a se il Consiglio da lui nominato a governare lo Stato in sua assenza, fama è, che parlasse in questo modo: l'orazione è lavoro di T. Treboniano

Nisi fortuna asperior, conjurata Regum consilia, crudeliores ipsis hostibus nonnulli Civium mei (1), meorumque sanguinis cupidi extrema decernerent, & huic capiti jamdiu perniciem molirentur, non viderem plenos hostibus fines meos, propugnacula Insubriae capta, defectionem militum, ductorum dubiam, & ancipitem fidem; plerosque, praeter vos mihi fidissimos, nova respectantes, Gallicoque Regi faventes. Hæc ne ego expectarem, cui vos custodis urbis, defensoris omnium, Patriæ Patris (2), Principis indulgentissimi laudem tribueratis? De meis erga hanc Patriam meritis tacebo; illud in animis, & memoria vestra relinquam, uti ego perpetuo ad urbis dignitatem opibus, frequentia, splendore amplificandam studuerim. Si quæ beneficia singulis civibus publice, privatimque dantur, ea multo maxime fructuosa, atque utilia in tempore iis esse debent.

(1) Cum Mediolani, tum Novariae, aliarumque urbium Primores expoliati ab Mauro suis diitionibus, & juribus in ejus hostium partes se dederant.

(2) Lud. Sfortia plus ceteris omnibus Ducibus Mediolanum auxerat in tantum, ut eo tempore valeret, quod alibi adagium ejus ætatis fuisse diximus: unius Mediolani spolio locupletari totam Europam posse.

QUARTA,

311

bent, a quibus sunt profecta, jure possem meorum in Patriam meritorum fructum nunc, ac mercedem repetere a civibus meis, eosque ad defensionem meae salutis adhortari; neque illos ad referendam gratiam tardiores esse paterentur aut obligata Principi fides, aut beneficia accepta. Quid debeatis, quid dederim, unumquemque vestrum meminisse decet; sed ego inimicorum furori, militum crudelitati dari non sinam hanc Patriam per me auctam, & exornatam: libens cedam hoc gravissimum animo vulnus infixum efferens, me non magis hostium magnitudine esse superatum; quam perduellium impietate tanto bello conflato in has calamitates, miseriaeque esse detrusum. Nunc acerbitas ferenda; decretum est tempori cedere, omniaque, quae volet furor inimicorum, perpeti. Diutius in urbe manendo non provocabo in omnes cives meos impetum hostium. Vos vobis consulite; urbem quam primum date Regi Gallico, clademque vestram non tardi obsequio redimite. Ego, qua patet perfugium, in Germaniam propero; Filios sequetur Pater miserrimus. Arcem Joviam (1) fidiis vestrum, nisi me animus fallit, bene tutam, ac munitam relinquo. Eam tutaminor, & brevi reducem expectate cum legionibus Caesaris mihi cum amicitia, tum affinitate conjunctissimi. In illo certa mihi, vobisque auxilia cum spe omni collocata. Maestissimus dici, & miserrimus mortaliū possum; sed vestra me perspecta fides consolatur, & sustinet. Animis vos vestris memoriam mei, nomenque retinete, namque animum meum a vobis nihil removebit. Vos ubicumque fuero, vos cogitationes meae omnes eritis, Mediolanenses; tu mea cara, tu, inquam, fueris Patria animo meo carissima, nullique, quam Ludovico Sfortiae jucundior, aut carior.

(1) AR-

(1) A Porta Jovis nomen habuit Arx Mediolani.

ARGOMENTO ULTIMO.

„ Il Moro pria di abbandonar Milano restituì le Signorie, che avea volte con usurpazione ai Borromei, dal Verme, e ad altri principali Baroni dello Stato (1), per la via di Como, e della Valtellina ne andò in Germania; e raggiunse i Figli a Inspruck benignamente ricevuto, e trattato dal Nipote Imperatore; ma invano che potesse da lui avere esercito. Dunque voltosi agli Svizzeri ne trasse un giusto numero al suo soldo, e confidato nelle reliquie dei soldati suoi, che dispersi erano nella Lombardia, e lo confortavano all'impresa, giù ne discese. Al comparire di lui risvegliossi l'antico rispetto, ed affetto dei popoli verso gli Sforzeschi. Prestamente il Moro entrò in Milano, e corse ad assediare Novara, della quale si impadronì in pochi giorni. Ma entrato egli appena nella Piazza, comparendo il Trivulzio, che tutte le Truppe Franzesi adunate aveva, chiuse strettamente d'ogni parte la Città, e condusse i secreti trattati con tale accortezza, che gli Svizzeri abbandonarono il Moro, e lo lasciarono cadere in mano del Trivulzio (2). Questi mandollo tostissimamente in Francia al Re, che lo fece chiudere, e diligentemente guardare nella Torre di Lorces; dove lo Sforza in grandissima miseria, indegna della pristina sua fortuna, dimentico, ed abbandonato da tutti dopo alquant'anni morì. La fuga, la prigionia, la morte di lui propone in un solo componimento. Q. Acellio a memorabil esempio, non sempre fortunata essere l'empietà, e la perfidia.

Qui

(1) Vide Corium hic.

(2) Ea de re excusa vidi quadrata gemina numismata Jo. Jacobi Trivultii Maurum ab se denique captum gloriantis.

Qui rebus suis, imperioque fidant perfidia tati, ac celerare, Ludovicum Sfortiam adspiciant. Quæ superi rerum, fortunæque conversio! Hicne ille mentis altitudine, celeritate consilii, opum copia, nominis opinione pollens, ac præstans? Hucne arripiendi, retinendique regni ambitio, foederum, societatumque sapientia, curarum, cogitationumque magnitudo reciderunt? Video præfidiis amissis, copiis aliis alia clade oppressis extorrem patria, domo; deformatum ærumnis, solum, omnium rerum egentem, inopem, in exilio, fuga reliquæ salutis spem habere. Qui paulo ante Princeps genere, fama, copiis florens, regno deturbatus rerum humanarum spectaculum præbet. Utinam hic rerum reus exitus, & malorum finis; sed qui divina & humana jura violarit, bonus malus, suorum æque ac hostium proditor, religione utens abutens si vertat commodo, utilitatisque serviat, ferius ocus extrema expectet. Injuriam, perfidiæque ultor Deus imminet potens Reges augere, aut fortunis denudare uno nutu. Ipsum hunc illum Sfortiam recognoscite, si qua illi est reliqua dignitatis species. Vides hominem stipatoribus obsessum, catenis oneratum, ad inimicissimorum pedes projectum! Hic porro Sfortia. Potuit blandiente fortuna mortalibus invidiæ esse: impune per scelus crescere; Fratris Filium exheredare, necare; dominatum rapere, potiri; Italiæ conditionem componere, perturbare; magnis Regibus ob consilii magnitudinem terrori esse, fortuna inclinante potuit conari, audere extrema quæque; Germaniæ, Hispaniæque Reges accersere, commovere; ipsos barbaricos, & Turcarum (1) imperium sollicitare in latinos, in auxilium evocare. Jam quæ veteris magnitudinis reliquæ, quodve vestigium? Non solum patriæ jucunditate prohibetur, deturbatur imperio; sed liber-

(1) V. Corium hic.

tas misero; sed patentis hujusce cœli adspectus adimitur, quem communem omnibus tribuit natura. Debit Insubriam, quam eripuerat, nunquam in posterum visurus relinquere; debuit cap- tus per Alpes, quas ad Italiæ excidium patefecerat Gallis, ad Gallos ipsos met captus, vinctusque traduci quasque diu politicis artibus incitaverat, fefellerat, Galliæ videre prodigii in morem produci, trahi. Admirata est Italia rerum, consilii- que potentem, & nulli tum regnantium minorem carcere, squallore, tenebris decennio fere subactum jacere, & sine affinium, sine ami- corum auxilio, qui extremum mæsti spiritum acciperent, egen- tem, miseris coopertum, externo, hostilique in solo obscu- rum, ignotum, intestabilem ægram animam relinquere, fatoque suo concedere, quin quisquam aut oculos clauderet, aut ju- sta pio funeri solveret. Acerbum, pervulgatumque exemplum male extrema vertere scelerato, ac perfido.

*A compimento della Accademica Azione s'illustra di
iscrizioni e medaglie la esposta Istoria.*

L'Accademico Scazio disegna una statua alla memoria di
Carlo VIII. Re di Francia con la seguente Iscrizione

CAROLO VIII.

GALLIARVM REGI

TERRORI ITALIA ET REGVM

SI NON LVDOVICO SFORTIA

VICTVS FVISSET PERFDIA

*Al sepolcro di Gio. Galeazzo Sforza Iscrizione dell' Ac-
cademico Tertullo:*

(1) N. Corium sic.

Q U A R T A

315

JO. GALEATHI SFORTIAE VICEG.

MEDIOL. DVCIS VI.

INNOCVIS CINERIBVS

QVEM NE IN SVAM TVTELAM

ET IN IMPERIVM VENIRET

LVDOVICVS

PATRVVS TVTOR TYRANNVS

PROHIBVIT

FLORENTE ETATE SVSTVLIT

A Gian Giacomo Trivulzio Medaglia dell' Accademico
Aspasio .

Nel diritto il capo del Trivulzio . Intorno : *Jo. Jac. Tri-
vultius Gall. Marese.*

Nel rovescio in corona d'alloro : *Tyranno sublato Insubria
Liberata.*

Medaglia dell' Accademico Eumenio a memoria di Ludo-
vico XII. Re di Francia .

Da una parte Ludovico XII. a cavallo con asta in resta
in atto di passar su 'l ventre di un prigioniero . Motto : *Ludo-
vici XII. Gall. Rex Dux Mediolani.*

Dall' altra un fulmine percuote , ed abbatte una pianta di
Moro , divisa dello Sforza . Intorno : *Ludovico Sfortia ad Ne-
variam Capto.*

Distico dell' Accademico Circejo sopra la Torre di Lor-
ces , dove finì i suoi giorni Ludovico sforza .

OTDA

R 1 2

Di-

*Lorca ego, haud fama posthac ignobile nomen ;
Sfortiaci fato, & carcere clara Ducis .*

Al sepolcro del Moro versi dell' Accademico Frontejo :
con essi poni fine .

En quo regnandi tua te male suada cupido ,

Quo tua te Lodoix abstulit ambitio .

Alterius regnum insidiis, & fraude petisti ;

Regnasti magna magnus in Insubria .

Pone scelus sequitur poena : eheu carcere clusa

Vita tibi reliqua, & victa pudore anima est .

Qua jaceas tumulo incertum ; sed quilibet ossa

Ægra habeat, legat hæc carmina Posteritas .

ACTIO PERACTA : ABITOTE .

ACTIO